

(Commemoration of St. Giles, Abbot)

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptiōne sacraménti beátus Ægídius Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiōnis ejus experiámur insígnia, et intercessiōnis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the pleading of blessed Giles the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

2023-03-07

MASS PROPER: SEPTEMBER 1, TWELVE HOLY BROTHERS, MARTYRS

MASS *Clamavérunt justí* (red)

INTROIT Psalms 33: 18

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos: et ex ómnibus tribulatiōnibus eórum liberávit eos. (Ps. 33: 2) Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípíio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos: et ex ómnibus tribulatiōnibus eórum liberávit eos.

The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles. (Ps. 33: 2) I will bless the Lord at all times: His praise shall be ever in my mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles.

COLLECT

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ et fidei nostræ præbeat increménta virtútum, et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the fraternal crown of Thy martyrs, O Lord, make us joyful; may it procure for our faith increase of virtues and comfort us with a manifold intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Commemoration of St. Giles, Abbot)

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Ægidii Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the intercession of blessed Giles the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Hebrews 11: 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiōnes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt aciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum: acceperunt mulíeres de resurrectiōne mórtuos suos: álii autem disténti sunt,

Brethren, the saints through faith subdued kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners: women received their dead raised to

Errors? help@extraordinaryform.org

non suscipiéntes redemptiónem, ut meliorem invenírent resurrectiónem: alii vero ludíbria et vérbera expéti, ínsuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt: circuíerunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errantes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 132: 1-2

Ecce, quam bonum et quam jucundum, habitáre fratres in unum! Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Hæc est vera fratérnitas, quæ vicít mundi crimina: Christum secuta est, ínclita tenens regna cæléstia. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis: Atténdite a ferménto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque abscondítum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur: et quod in aurem locutí estis in cubiculis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis, quem timeátis: timéte eum, qui, postquam occídent, habet potestátem mittere in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblióne coram Deo? Sed et

life again: but others were racked, not accepting deliverance, that they might find a better resurrection; and others had trial of mockeries and stripes, moreover also of bands and prisons: they were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they wandered about in sheep-skins, and in goat-skins, being in want, distressed, afflicted of whom the world was not worthy: wandering in deserts, in mountains, and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. It is like the precious ointment on the head, that ran down upon the beard, the beard of Aaron.

Alleluia, alleluia. This is the true brotherhood which overcame the wickedness of the world: it followed Christ, holding fast to the noble kingdom of heaven. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy. There is nothing covered that shall not be revealed: nor hidden, that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in darkness, shall be published in the light; and that which you have spoken in the ear in chambers shall be preached on the house-tops. And I say to you, My friends, be not afraid of them who kill the body, and after that have no more that they can do. But I will show you Whom you shall fear: fear ye Him Who, after He hath killed, hath power to cast into Hell. Yea, I say to you, fear Him. Are not five sparrows sold for two farthings and not one of them is

capílli cápitis vestri omnes numerári sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Ángelis Dei.

OFFERTORY Psalms 31: 11

Lætámini in Dómino et exsultáte, justi: et gloriámini, omnes recti corde.

SECRET

Mystéria tua, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne devóta mente tractémus: quibus nobis et præsídiu[m] crescat, et gáudium. Per Dóminu[m] nostru[m] Jesu[m] Christu[m], Fíliu[m] tuu[m], qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Giles, Abbot)

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Ægídius Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat. Per Dóminu[m] nostru[m] Jesu[m] Christu[m], Fíliu[m] tuu[m], qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 12: 50

Quicúmque fécerit voluntátem Patris meí, qui in cælis est: ipse meus frater et soror et mater est, dicit Dóminus.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminu[m] nostru[m] Jesu[m] Christu[m], Fíliu[m] tuu[m], qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not, therefore: you are of more value than many sparrows. And I say to you, whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of man also confess before the angels of God.

Be glad in the Lord, and rejoice ye just; and glory all ye right of heart.

In commemoration of Thy holy martyrs, O Lord, we devoutly engage in Thy mysteries, by which may our help and our joy alike increase. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the holy Abbot Giles, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Whosoever shall do the will of My Father who is in heaven, the same is My brother and sister, and mother, saith the Lord.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we may improve by following the faith of those whose memory we venerate by partaking of Thy sacrament. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.